

FLORA.

N^o. 40.

Regensburg. 28. October.

1846.

Inhalt: Kunze, Chloris Austro-Hispanica.

Anzeigen von Hoffmeister in Leipzig, Fischer in Cassel und Beck in Nördlingen.

Chloris Austro-Hispanica. E collectionibus Willkommianis, a m. Majo 1844 ad finem m. Maji 1845 factis, composuit G. KUNZE in univ. Lipsiensi botan. prof.

Praemonenda.

Cum consilium itineris Buchheimiano-Pritzelianum zoologiae et botanices causa in Hispaniam faciendi esset abjectum, hieme 1843—44 Henrico Mauritio Willkomm, medicinae baccalaureo Lipsiensi, tunc ad quodvis iter parato, hanc provinciam in se suscipiendi suador fui. Pars altera sumtus a quibusdam historiae naturalis et imprimis botanices cultoribus commendatione mea collata est, collectionibus remuneranda; alteram partem ipse suppeditavi, sperans fore, ut pari modo expensa resarcire possim. Peregrinator, studio operum cl. Boissierii praeparatus, Aprili 1844 Lipsiam reliquit, Helvetiam, Genevae ad breve tempus commoratus, et Galliam, nempe Massiliam petiit, et inde navi ad Hispaniae oram, scilicet Valentiam, advectus est. Quod in Hispania egerit in botanicis, patet e relationibus, in diario botanico Mohlii et Schlechtendalii, VV. clariss., annis 1844 seq. receptis.

Plantae, quas H. M. Willkomm a 5. Maji 1844 ad Majum sequentis anni collegit, distribuendas accepi. Ad partem jam in manibus eorum sunt, qui subsidiis peregrinationem sustentare voluerunt. Cum vero schedulae plantis adjectae nomina nondum omni parte correcta et locos natales non nisi generaliores indicare possent, amicis et omnibus iis botanicis, quibus plantae Willkommianae praesto erunt, haud ingratum fore existimavi, stationes, locos proprios, nomina

vernacula, a peregrinatore diligenter collecta, nec non meas et collegarum quorundam observationes iiscum communicare. Et rei herbariae aliquam utilitatem afferre posse arbitror, cum Chloris austro-hispanica, quam hic offero, tria genera nova cum subgenere novo et species ultra triginta, ut mihi videtur, nondum observatas, certe quot scio haud descriptas, contineat. Sit Chloris nostra supplementum exile ad opera clariss. Boissierii, Webbii aliorumque et geographiae plantarum lapillus ad aedificandum haud inutilis. Asterico * ante numerum posito species notavi, in opere Boissieriano, quod iter botanicum inscribitur, non recensitas. Ceterum semper ad hancce floram Granatensem eximiam delegavimus. Numeri initio libelli et in ultima parte, de plantis cryptogamicis agente, uncis () inclusi denotant illos, sub quibus plantae in fasciculis distributis sunt insignitae.

Quae serius peregrinator collegit, amico, qui suis impensis itineris continuati auctor fuit, describenda relinquimus.

Dabam Lipsiae d. V. Octobr. 1846.

G. Kunze.

A. Plantae Cotyledoneae.

1. *Lobularia maritima* Desv. Koniga Boiss. Voy. 47. — In graminosis ad oram maris Atlantici prope oppidum Sanlucar de Barrameda. Majo. — In muris urbis Valentiae et alibi frequentissime, Majo, c. fl. et fr.

2. *Cistus salvifolius* L. Boiss. 59. — In arenosis inter lacum Albufera et mare satis abundanter. Majo. (Chocasapes Valent.) — In collibus per totam Baeticam littoralem communissime. Apr. florens.

3. *Cistus albidus* L. Boiss. 59. — In pineto inter lacum Albufera et mare sito in arenosis copiose. Majo florens. (Estepa Valent.)

4. (3a) *Lotus creticus* L. — Boiss. 173. In arena mobili ad oram maris prope Valentiam. Majo c. fl. et fr.

5. (4.) *Lepigonum medium* Whlbg. Alsine marina Mert. et Koch. Boiss. 97. et 849. — In muris prope conventum de San Miguel de los Reyes in via ad oppidum Murviedro ducente et in muris castelli oppidi Murviedro. Majo c. flore. Flores vivi persicini dicuntur.

6. (5.) *Euphorbia provincialis* W. β *seticornis* DC. E. provincialis Boiss. 568. — In arena mobili inter mare et lacum Albufera frequentissima, caespites intricatos formans, ad 3-pedalis cum *Asphodelo fistuloso*. Majo c. fl. et fr.

7. (6.) *Asphodelus fistulosus* L. Boiss. 619. — In arena mobili planitie, inter mare et lacum Albufera sitae copiosissime. Majo florens. (Gamones Valent.)

8. (6a.) *Passerina hirsuta* L. Boiss. 554. — In arenosis inter mare et lacum Albufera copiose, Majo. — In ditione Alpujarras inter oppida Orgiva et Lanjaron copiose, Aug. c. fr. — Ad littora siuus Gaditani prope Puerto de Sta. Maria et in collibus per totam provinciam Gaditanam vulgaris, Febr. florens.

9. (6b.) *Ononis hispanica* L. fil. O. Natrix γ. Boiss. 149. — In arena mobili ad littus prope Valentiam, Majo florens; et ad oram maris prope oppidum Motril, Sept. fructifera.

10. (7.) *Plantago Coronopus* L. Boiss. 537. — In arenosis ad rivum Barrance de Tabernes dictum et alibi prope urbem Valentiam abundanter, Majo florens.

11. (7a.) *Juncus acutus* L. Boiss. 622. — In arenosis humidis ad lacum Albufera, Majo, et in paludibus prope Conil et alibi frequentissime. Mart. c. fl.

12. (7b.) *Isolepis Holoschoenus* Knth. var. *S. australis* L. Boiss. 628. — In pineto inter mare et lacum Albufera in arenosis copiose. Majo florens.

13. (7c.) *Echium plantagineum* L. var. *maritimum* W.. Boiss. 423. — Ad muros castelli oppidi Murviedro et in arenosis prope urbem Valentiam, Majo; nec non in ruderatis, ad vias et fossas circa urbem Malacam (Malaga) communis, Apr. c. fl.

Obs. Plantis e regno Valentino admixtum fuit:

14. (7d.) *Echium pustulatum* Sibth. — Boiss. 421.

15. (8.) *Sagina filiformis* Pourret? Roem. et Schult. III. 499. DC. prodr. I. 389. — Ad muros secus fluvium Rio Turia prope urbem Valentiam; Majo c. fl. et fr. Species Pourretiana, paucis, ut videtur, nota a Mutelio (fl. fr. I. 171.) cum *S. stricta* Fr. et *maritima* Don conjungitur. Nostra vero, quae e seminibus in horto educata habitum et characteres immutatos retinet, *S. strictae* et *apetalae* proxima est; sed ab utraque discedens. Differt enim ab illa caule articulato, glanduloso-scaberulo, magis ramoso, ramis adscendentibus, sepalis exterioribus acutiusculis; ab hac vero caule articulato, dichotome et divaricato-ramosissimo, foliis basi glabris (nec ciliatis). Semina *S. filiformis* versus basin uno latere contracta, laevia, limbo cellularum transversarum circumdata. Illa *S. maritimae* striata, limbo minus lato. Nisi *S. filiformis* Pourret, species adhuc inedita.

16. (9.) *Fumaria capreolata* L. Boiss. 20. — In sepibus ad pagum Tabernes et in „la Huerta de Valencia“, Majo c. flor. et fr. — Variat pedicellis fructiferis divergentibus et deflexis.

17. (9a.) *Silene rubella* L. Boiss. 92. — Ad fossas et agrorum margines in „la Huerta de Valencia“, Majo; in iisdem locis prope oppidulum Terez. Febr. Utraque florens.

18. (10.) *Polycarpon tetraphyllum* L. Boiss. 220. — Ad muros secus fluv. Rio Turia prope urbem Valentiam in humo arenosa umbrosa copiose. Majo florens.

19. (11.) *Festuca (Sclerochloa) rigida* Knth. Boiss. 666. — Ad muros secus fluv. Rio Turia prope urbem Valentiam, Majo c. fl.

20. (12.) *Medicago littoralis* Rohde. Boiss. 165. — Ad rivum Barranco de Tabernes dictum prope Valentiam in arena; Majo c. fl. et fr.

21. (13.) *Osyris alba* L. Boiss. 558. — Ad rupes castelli de Murviedro; Majo florens.

22. (13 a.) *Hyoscyamus albus* L. Boiss. 436. — Ad muros castelli de Murviedro. Majo florens.

23. (14.) *Bromus rubens* L. Boiss. 677. — In muris amphitheatri Saguntini (Murviedro). Majo c. fl.

24. (14 a.) *Poterium Mauritanicum* Boiss. 205. (conf. Nr. 645.) — Cum praecedente, Majo, et in vineis agri Malacitani, Apr. fl.

25. (14 b.) *Rubia peregrina* L. Boiss. 285. — In sepibus prope pagum Tabernes regni Valentini. Majo cum flore; sed absque fructu lecta.

26. (15.) *Convolvulus althaeoides* L. Boiss. 419. DC. prodr. IX. 409. (v. infra 878.) — Ad vias regias prope oppida Murviedro et Chiva. Majo florens.

27. (15 a.) *Helianthemum juniperinum* Lag. *H. glutinosum* Boiss. 65. laeve Pers. Boiss. 720. — In muris amphitheatri Saguntini. Majo c. fl.

27 a. (15 b.) *Helianthemum Fumana* Mill. Boiss. 65. — Cum praecedente. Majo florens.

28. (16.) *Lagurus ovatus* L. Boiss. 652. — In arenosis pineti inter lac. Albufera et mare siti. Majo florens.

29. (17.) *Coris monspeliensis* L. Boiss. 523. — In arenosis inter frutices in pineto inter lac. Albufera et mare sito et in collibus calcareis prope oppid. Chiva passim. Majo florens.

* 30. (18.) *Coronilla minima* L. Koch syn. ed. II. p. 208. — In graminosis siccis ad viam regiam inter Valentiam et oppidulum Chiva. Majo florifera.

31. (19.) *Dorycnium suffruticosum* Vill. Boiss. 172. — Abundat in arenosis pineti inter lac. Albufera et mare siti. Majo flor.

32. (20.) *Bonjeania hirsuta* Richb. *Dorycnium hirsutum* Ser. Boiss. 173. — In arenosis umbrosis pineti inter lac. Albufera et mare siti. Majo florifera.

33. (20 a.) *Alkanna tinctoria* Tausch. Griseb. spicil. II. 88. Boiss. 746. *Lithospermum* DC. Spr. Boiss. 428. — In arena mobili cum praecedentibus. Majo florens. (Anguina Valent.)

34. (20 b.) *Quercus pseudococcifera* Desf. Boiss. 578. t. 165. — In pineto cum praecedentibus. Majo florifera. (Coscoja Valent.)

35. (20 c.) *Koeleria phleoides* Pers. Boiss. 664. — In graminosis ad rivum Barranco de Tabernes dictum prope Valentiam. Majo florens.

36. (21.) *Polypogon maritimus* W. Boiss. 647. (v. infra 888.) — In arenosis ad marginem lacus Albufera. Majo florens.

37. (22.) *Helichrysum Stoechas* DC. Boiss. 327. — In arenosis pineti inter lac. Albufera et mare siti. Majo florigerum.

38. (22 a.) (36 ?) *Helichrysum serotinum* var. *α. occidentale*. Boiss. 327. — Sierra Nevada, in parte calcarea frequens, a basi ad San Geronimo, c. 1500'—5000'. Aug. c. fl. et fr.

39. (22 a.) *Paronychia nivea* DC. *α. capitata*. Boiss. 220. — In arenosis pineti inter mare et lacum Albufera siti et in collibus aridis calcareo-arenosis prope oppid. Chiva. Majo florifera.

40. (23.) *Paronychia argentea* Lam. Boiss. 219. — In colle calcareo, ubi castellum oppiduli Chiva situm est; Majo florens. (Yerba de la sangre Valent.)

41. (23 a.) *Orchis fragrans* Poll. *O. coriophora* var. *fragrans* Boiss. 593. — In graminosis pineti prope lac. Albufera. Majo c. fl.

42. (24.) *Cistus fastigiatus* Guss. synops. II. 13. et fl. sic. prodr. II. 1. 13. *C. Clusii* Dun. Boiss. 60. — In arenosis pineti inter mare et lac. Albufera siti frequens et Sierra de Chiva in radicibus montis la Casoletta. Majo c. fl. et fr.

Specimina canescentia et sparsim hispida cum descriptione Gussoneana optime congrua, florifera et simul fructifera, Boissierianis e collibus regn. Granat. multo robustiora, ramis floriferis abbreviatis. Habitu *Helianthemum* umbellati Mill.

43. (25.) *Helianthemum halimifolium* W. Boiss. 62. — In arenosis pineti inter lac. Albufera et mare siti. Majo florens. Specimina 1—2-pedalia.

44. (26.) *Anthyllis cytisoides* L. Boiss. 158. — In arena mobili cum praecedente, passim. Majo florifera.

Ab hac distinguatur: *A. Genistae* Duf. (DC. prodr. II. 169.) floribus longius pedunculatis, calycis cano-pubescentis dentibus hamatis. In *A. cytisoidi* calyx albo-hirsutus, dentibus erectis. Folia trifoliolata in utraque observantur. *A. Genistae* non solum in regno Valentino et Murcico, sed et in saxosis N. D. de Casas de Peña occurrit. Plantam union. itin. leg. Endress 1829 (sub *A. cytisoidi*.)

*45. (26 a.) *Potamogeton pectinatus* L. Koch syn. fl. germ. ed. II. 781. — In lacu Albufera copiosissime. Majo florens. (Pell Valent.).

46. (26 b.) *Silene nicaeensis* L. var. *ramosissima* Desf. Boiss. 90. — In arena mobili in pineto inter lac. Albufera et mare sito ad littus. Majo c. fl.

Forma carnosae, valida, littoralis, calyce magis clavato, ramis abbreviatis, foliis latioribus.

• *47. (27.) *Solanum Sodomeum* L. Bertol. fl. Ital. II. 636. — In arena mobili ad oram lacus Albufera, frutices magnos formans. Majo florens.

48. (27 a.) *Coronilla juncea* L. Boiss. 183. — In arenosis siccis inter frutices pineti prope lacum Albufera. Majo florens.

*49. (27 b.) *Urospermum Dalechampii* Desf. DC. prodr. VII. 116. — In arenosis humidis cum praecedente passim. Majo floriferum.

50. (27 c.) *Chaetosporea* (*Schoenus* L.) *nigricans* Knth. Boiss. 627. — Cum praecedentibus. Majo florens.

50 a. (28.) *Thapsia villosa* L. β . *latifolia*. Boiss. 255. — Copiose cum praecedentibus. Majo florifera.

50 b. (29.) *Trixago apula* Col. β . *versicolor*. Boiss. 473. — In arenosis ad pinetum inter lac. Albufera et mare situm copiose, Majo florens, et in agris prope oppidum Cartama frequentissime, Aprili florifera et fructifera.

51. (29 a.) *Iris Xiphium* L. Boiss. 602. — In fruticetis umbrosis prope ad mare in pineto ad lac. Albufera passim. Majo florens.

52. (29 b.) *Psoralea bituminosa* L. Boiss. 175. — In pascuis graminosis ad viam regiam inter Valentiam et oppid. Chiva, Majo florens.

* 53. (30.) *Helianthemum pulverulentum* DC. prodr. I. 282. — In pascuis herbidis siccis ad viam regiam inter Valentiam et oppidulum Chiva. Majo c. fl.

54. (31.) *Phlomis Lychnitis* L. Boiss. 510. — In pascuis aridis arenosis ad viam regiam inter Valentiam et oppidul. Chiva et in collibus arenoso-calcareis prope oppidul. Chiva. Majo florens.

55. (32.) *Helianthemum lavandulaefolium* DC. Boiss. 68. — In pascuis aridis ad viam regiam inter Valentiam et oppidul. Chiva. Majo c. fl.

56. (43.) *Santolina squarrosa* W. Boiss. 315. — Ad margines viae regiae inter Valentiam et Chiva in solo arido, arenoso. Majo florens.

57. (33 a.) *Silene muscipula* L. Boiss. 93. — In pascuis herbidis ad vinearum margines prope viam regiam inter Valentiam et oppidulum Chiva. Majo, florifera et fructifera.

58. (34.) *Hedysarum humile* L. Bauh. hist. II. 336. f. 1. H. Fontanesii Boiss. 187. t. 56. Bassiner monogr. Hedys. Mém. de l'acad. de St. Petersb. prés. p. div. sav. VI. 63. — In monte calcareo, Collado Royo dicto, aliisque montibus prope oppidulum Chiva frequens; Majo florens. — In collibus aridis prope urbem Malacam; Aprili fructiferum. Lomenta non semper biarticulata; saepius 3- s. 4-articulata. Planta in horto univ. Lips. e semin. Malacitanis colitur estque annua; ex monographista laudato perennis esset.

59. (35.) *Teucrium pseudochamaepitys* L. Boiss. 512. — Ad vinearum margines graminosos prope viam regiam inter Valentiam et oppidulum Chiva. Majo florens.

60. (35 a.) *Gladiolus illyricus* Koch. Boiss. 601. (excl. syn. Gussoni). — Ad vinearum margines solo lutoso, herboso prope viam regiam inter Valentiam et oppidul. Chiva, et inter segetes ad Chiva. Majo. In dumetis prope oppidum San Roque et inter segetes ad pagum Alozáina prov. Malacitanae copiose, Aprili. Uterque florens.

G. dubius Guss. (syn I. 36. c. syn. *G. communis* Sibth. fl. gr. t. 37.) bulbo gemino, floribus imbricatis et seminibus latius alatis

a *G. illyrico* separandus videtur. *G. infestus* Bianca (Guss. syn. II 2. 778.) adhuc magis distat.

61. (36.) *Anchusa italica* L. Boiss. 429. — Ad margines viae regiae inter Valentiam et oppidul. Chiva et in vineis prope Chiva. Majo c. fl.

62. (37.) *Digitalis obscura* L. Boiss. 466. — In colle calcareo castelli oppid. Chiva, in latere occidentali, Majo florens, et in Sierra Nevada ad margines fl. Monachil et prope el Cortijo de San Gerónimo, Julio c. fl. et fr. (Corroja Valent.)

63. (37 a.) *Linum suffruticosum* L. Boiss. 108. — In montibus calcareis, ex. gr. in colle Collado Royo prope oppidul. Chiva copiose. Majo florens.

64. (38.) *Stipa juncea* L. Boiss. 642. — In montibus calcareis prope Chiva frequens. Majo florens.

65. (38 a.) *Genista ramosissima* Poir. Boiss. 142. — In monte calcareo „Collado Royo“ alibique prope oppidulum Chiva frequentissime, Majo c. fl. (Retama Valent.), et in Sierra Nevada prope S. Gerónimo. Aug. fructifera.

66. (38 b.) *Linum narbonense* L. Boiss. 108. — In montibus vineisque prope oppidulum Chiva frequenter. Majo florens.

67. & 82. (38 c.) *Mercurialis tomentosa* L. Boiss. 563. — In montib. calcareo-arenosis prope oppid. Chiva, Majo c. fl. Juxta vias et in ruderatis prope oppidulum Siete Aguas, Junio, et in S. Nevada parte calcarea inferiori loco „el Canton de Montesas“ prope pagum Guejar c. 4000' copiose. Aug. c. fl. et fr.

68. (38 d.) *Scorzonera macrocephala* DC. Boiss. 383. (v. infra 755.) — In declivitatibus herbosis montium calcareorum vineisque prope oppidul. Chiva, haud raro. Majo florens.

69. (38 e.) *Linaria hirta* Mönch. Boiss. 454. — Inter segetes prope oppidulum Chiva (regni Valentini), Majo, ad Estepona et circa urbem Malacam frequens, Aprili c. fl. et fr.

70. (39.) *Aphyllanthes monspeliensis* L. Boiss. 620. — In montibus calcareis prope oppidulum Chiva frequentissime. Majo florens.

71. (39 a.) *Orobanche cruenta* Boiss. ? 475. — In radice Cistorum etc. in vineis prope oppidulum Chiva passim. Majo c. fl.

Plantam nostram *O. cruentam* cl. Boissieri esse posse, ex loco in Cistis tantum opinor. Est vero species stipite brevi, robusto, squamis latissimis dense oblecto; spica densa, bracteis latis, filamentis sparsim glanduloso-pilosis valde insignis; quam, ne difficile genus specie obscura aggravetur, observatori in vivo relinquimus.

Mixta sub eodem numero occurrit:

(39 b.) *Orobanche minor* Sutt. Boiss. l. l. — Sierra de Chiva in valle „el Barranco de Antiga“ c. 1500—3000' copiose. Junio c. fl. (Sparra goloba Valent.)

72. (40.) *Orobanche cernua* Loeffl. hispanica Boiss. 476. et 747. — In radice Mamtae (*Artemisiae*?) in monte castelli prope oppidulum Chiva siti frequenter. Majo florens.

73. (41.) *Reseda lutea* L. Boiss. 75. — In vineis et inter segetes prope oppidulum Chiva in „el Barranco de Andiga“. Junio florens.

74. (41 a.) *Scorzonera crispatula* Boiss. 741. *S. hispanica* β . *crispatula* DC. Boiss. 383. — In vineis montosis prope oppidulum Chiva, Majo et in parte inferiori vallis „el Barranco de Andiga“ S. de Chiva, Junio; utraque tantum florifera.

Specimina 1—1½-pedalia, caule interdum tricephalo. Folia radicalia et fructus desunt; sed planta ab illa Europae mediae diversa.

75. (42.) *Euphorbia flavicoma* DC. *E. verrucosa* var. *flavescens* Benth. Boiss. 564. — In vineis regni Valent. prope oppidulum Chiva. Majo c. fl. et fr.

76. (42 a.) *Antirrhinum majus* L. Boiss. 449. var. *angustifolium*, subvolubile. — In sepibus cum praecedente, Majo c. fl. et fr. var. caule ramoso, fol. lanceolatis. — In sepibus prope oppidum Vejer. Martio florens.

Forma prior *A. tortuoso* Bosc. Pers. Barrel. icon. f. 638. Gussone syn. fl. Sic. II. 125. Walpers repert. III. 224. valde similis, nec omnino glabra, sed in apice caulis hirta. Altera, cum specimine a cl. Boissiero in prov. Malacitana lecto omnino congrua, fol. lanceolatis differt.

77. (42 b.) *Vinca media* Hoffmsgg. et Lk. Boiss. 409. DC. prodr. VIII. 384. *V. acutiflora* Bertol. — In sepibus umbrosis ad montem castelli oppiduli Chiva, regni Valentini, Majo, et ad oppida Chiclana (prope Sant-Ana), Medina-Sidonia, Arcos, Terez, Sanlúcar, Puerto de Sta Maria etc. communissime, Febr. florens.

78. (42 c.) *Isolepis Holoschoenus* Knth. *Scirpus Holoschoenus* L. Boiss. 628. — Ad fossarum margines prope oppidulum Chiva, Majo florens.

Forma normalis.

79. Deest.

80. (43.) *Marrubium sericeum* Boiss. 508. t. 148. — Sierra de Chiva in declivi septentrionali montium Casoletta et Cerro la Grana 3—4000', Majo florens (Marrubio Valent.); S. de Chiva in planitie la Carrasquilla dicta copiose, Jun., nec non in S. Nevadae graminosis alpinis Prado della Yegua dictis prope S. Gerónimo, c. 6000'. Augusto c. fl. et fr.

Colitur in hortis e seminibus jam a cl. Boissiero allatis.

81. (44.) *Thymus vulgaris* L. Boiss. 487. — Sierra de Chiva in monte Cerra la grana dicto, c. 3000—3500', copiose, Majo et Jun. c. fl. et fr. (Tomillo Valent.)

82. (45.) *Erinacea pungens* Boiss. 145. *Anthyllis erinacea* L. — Sierra de Chiva in montib. Casoletta, Cerro la grana etc. c. 3—4000', Majo, et in planitie la Carrasquilla, Jun. Utraque florens.

83. (46.) *Arenaria obtusiflora* Kze.: annua (s. biennis), caule scabro, e basi dichotome paniculato, ramis erectis; foliis scabro-hirtis, radicalibus spathulatis, rameis linearibus, mucronatis; pedicellis capil-

laribus, flore multo longioribus, fructiferis divergentibus; sepalis obtusis mucronulatis, enervibus; petalis oblongis, obtusis, calyce longioribus; capsula ovata, calycem parum excedente.

Sierra de Chiva in utroque latere montis la Casoletta c. 3000—3500' passim, Majo, et in planitie la Carrasquilla, Junio c. fl. et fr.

Vera *Arenaria* capsula sexdentata; affinis *A. modestae* Duf. (Boiss. 99.) et capillipedi Boiss. (98. t. 27. f. B.) Illa vero differt: foliis lanceolatis, pubescenti-viscidis, sepalis acutissimis, petalis calycem subaequantibus; haec autem (*A. capillipes*) ramis tenuissimis, foliis brevioribus, sepalis acutis, trinervibus, petalis calyci subaequalibus.

84. (46 a.) *Brassica humilis* DC. Boiss. 35. Sierra de Chiva in summo jugo montis la Casoletta, c. 4000'. Majo florifera. Colitur in horto bot. Lipsiensi et biennis videtur.

85. (47.) *Biscutella saxatilis* γ. *angustifolia* Boiss. 57. — Sierra de Chiva in valle „el Barranco de Andiga“ et alibi, Maj., Junio c. fl. et fr.

86. (47 a.) *Erysimum rhaeticum* DC. Koch syn. ed. II. 56. et *E. pallens* Koch syn. ed. I. *E. canescens* et *pallens* Boiss. 31. et 716. — Sierra de Chiva in reg. montana ex. gr. la Casoletta, Cerro la Grana, Condarondan, c. 3—4000'. Majo floriferum. — Flores laete flavi, suaveolentes.

*87. (48.) *Helianthemum dichroum* Kze.: caule suffruticoso, e basi ramoso, nudo, ramis adscendentibus, albido-stellato-pilosis; foliis exstipulatis, breviter petiolatis, ovatis, acutiusculis, basi subcordatis, margine revolutis, subtus venosis, denseque candide stellato-pilosis, supra viridibus, parce adpresse-pilosis, summis non diminutis; racemis terminalibus; pedicellis curvatis, sepalis obtusis, glanduloso-mucronulatis, extus candide pilosis.

In montibus calcareis prope oppidulum Chiva (regni Valentini) rarius; frequentius in montibus Sierra de Chiva v. c. la Casoletta c. 1—4000', Majo et initio Junii flores flavos expandens.

Species affinis *H. marifolio* DC. (Barrel. t. 441. in collib. aridis Malacitanis legit Ph. Salzmann), quod vero differt: ramis strictiusculis, canescenti-rubellis, foliis margine planis, subtus eveniis, minute et laxius stellato-pilosis, canescentibus, obtusiusculis, superioribus decrescentibus, sepalis acutis, extus parce pilosis.

*88. (49.) *Globularia spinosa* Mill. Roem. et Schult. syst. veget. III. 39. — Species parum nota sic definienda: *G. multiceps*, basi lignosa, caulibus herbaceis, flexuosis; foliis (in vivo carnosulis nitidis) coriaceis, scabris, (in sicco) marginatis, margine undulato-crenulatis, radicalibus obovatis obtusis s. spathulatis, caulinis sparsis lanceolatis pungenti-acuminatis, capitulis cernuis. Caulis 7-pollicaris, raro pedalis.

Globul. vulgari est simillima et formam ejusdem meridionalem facile crederes; sed foliis coriaceis, scabris, marginatis, margine undulato-crenulatis, venosis, caulibus basi lignosis et capitulis majoribus cernuis differt.

Sierra de Chiva in planitie la Carrasquilla dicta in valle Barranco de Andigas et in summo jugo montis la Casoletta et Cerro la Grana inque declivitate septentrionali c. 3—4000' fine Maji et initio Junii flores dilute violaceos aperiens.

Num *G. linifolia* Lam. ab hac distingui possit, nec solum foliis caulinis angustioribus lineari-lanceolatis differat, videant autoptae.

89. (49 a.) *Astragalus monspessulanus* L.? Boiss. 179. — Sierra de Chiva in monte Condarondan c. 3500', initio Junii florens.

Trunco subterraneo, longo, ramoso et floribus, ut videtur, pallidis insignis; sed absque legumine maturo dubius. Sed stylus in fructus origine apicem leguminis sursum directum indicat.

*91. (49 b.) *Ononis rigida* Kze.: caule fruticoso, erecto, ramossissimo, cortice griseo, glabro, nitido, ramulis flexuosis, cano-pubescentibus; foliis trifoliolatis, foliolis carnosulis, deciduis, obovato-oblongis, basi cuneatis, subspathulatis, toto margine mucronulato-dentatis, subincisis, glaberrimis, laete viridibus; stipulis magnis, membranaceis, dense nervoso-striatis, apice inciso-laciniatis, summis aphyllis; floribus terminalibus, racemoso-aggregatis; pedunculis bifloris; calycis laciniis vexillo 3-plo, 4plove brevioribus; leguminibus.....

Sierra de Chiva in latere septentrionali montium la Casoletta et Cerro la Grana dictorum c. 3—3500'. Majo exeunte florens. Flores magni, in vivo vexillo roseo, purpureo-striato, alis albis, carina alba, apice carnea.

Ex affinitate *O. tridentatae* L. (Cav. ic. II. 41. t. 152.) et *O. crassifoliae* Duf. Boiss.! voy. 155. *O. tridentata* β . canescens DC. Barrel. ic. t. 419. *) Illa, cujus specimina fere desunt, ex icone et descriptione abunde differt: cortice tomento albicante brevi tecto, foliolis linearibus, apice mucronatis s. tridentatis, glaucis, stipulis brevibus, apice acutis; floribus minoribus. *O. crassifolia* Duf., quam ex amica manu cl. Boissieri asservo, est planta ex toto glanduloso-pilosa, canescens, glauca, a nostra distinctissima foliolis late obovatis, obtuse dentatis, crenatisve; stipulis minutis, apice trifidis, laxe nervosis, rarissime aphyllis; corollis minutis, calycis, laciniis parum majoribus rel.

92. (50. *Saponaria ocymoides* L. Boiss. 87. — Sierra de Chiva in declivi septentrionali montis Cerro la Grana dicti circa 3000—4000'. Junio florens.

93. (51.) *Convolvulus saxatilis* Vahl. *C. capitatus* Cavan. II. 72. t. 189. Barrel. ic. t. 470. — Sierra de Chiva in montib. calcareis prope oppidulum Siete Aguas c. 2—3000', Junio, et in declivitate septentrionali montis Cerro la Grana dicti, c. 2500', Majo florens.

Flores in vivo carnei, rubro-lineati. Planta Valentina indumento duplici gaudet, altero adpresso, sericeo; altero piloso, pilis patentibus. Observatio Boissieriana de varietate α et β jungendis hisce confirmatur.

94. (51 a.) *Teucrium Polium* L. α . *flavescens* Benth. Lab.

*) Tabulam Robertianam a Cavanillesio laudatam comparare nondum licuit.

685. *γ. aureum* Boiss. — Sierra de Chiva, regio mont. v. c. in latere meridionali montis „la Casoletta“ c. 3—4000' haud raro; florens Majo.

95. (51 b.) *Silene bipartita* Desf. fl. Atl. t. 100. Boiss. voy. 89. — Sierra de Chiva in reg. montosa v. c. in latere meridionali mont. la Casoletta c. 2—4000'. Florifera et fructifera Majo.

96. (52.) *Sideritis incana* L. Boiss. 506. — Sierra de Chiva, in regione calida, v. c. in pede montis la Casoletta c. 2000', et in parte inferiore vallis Barranco de Andiga. Majo et initio Junii, florifera et fructifera.

Folia in nostra illis figurae Cavanillesianae angustiora. Flores albi. Suffrutex.

S. virgata Desf. ex Benth. Lab. 580.

97. (52 a.) *Cuscuta epithymum* L. Boiss. 420. — In Rosmarino officinali vallium, Sierra de Chiva, et in collibus calcareis prope oppidulum Chiva, Majo c. fl.

98. (52 b.) *Lithospermum tinctorium* Spr. Boiss. 428. — Sierra de Chiva in planitie la Carrasquilla dicta, inter vallem Barranco de Andiga et mont. de la Santa Maria sita et in omnibus montibus c. 3—4000'. Majo et Junio c. fl. (Anguina Valentinor.)

99. (52 c.) *Herniaria cinerea* DC. Boiss. 218. — In colle calcareo castelli de Chiva in ruderatis. Junio lecta florifera.

Adest forma viridescens, minus hispida, forsan ex opinione cl. Boissier H. virescens Salzm. e Tanger.

100. (53.) *Physanthyllis tetraphylla* Boiss. 162. Griseb. spicileg. I. 16. — In monte calcareo castelli oppiduli Chiva, copiose. Junio c. fl.

101. (54.) *Linaria* (*Chaenorrhinum* DC.) *crassifolia* Kze.: multicaulis, caulibus basi ramosissimis, papillosis, superius glanduloso-pubescentibus; foliis carnosissimis, ovatis, basi in petiolum attenuatis, eveniis, costa media obsoleta, inferioribus oppositis papillosis, superioribus alternis, bracteisque oblongis glanduloso-pubescentibus; floribus laxe racemosis, pedunculis alternis, remotis, flore brevioribus, corollae (carneae) fauce (flava) profunde canaliculata, labii superioris erecti laciniis retusis, inferioris cuneato-rotundati laciniis planis, porrectis, approximatissimis, emarginatis; seminibus compressis.

Antirrhinum crassifolium Cavanilles icon. II. 11. t. 114. (medicinis), (non alior.) *Orontium saxatile thymi folio flore rubello* Barrelier. ic. 1313. (rudis, sed fida.)

Antirrhin. organifolium et *crassifol.* Chav. Boiss. 451. (ad partem.)

In muris castelli oppiduli Chiva copiose, initio Junii c. fl. et fr, 24. In horto bot. Lipsiensi culta 1845 et 1846.

Species L. *organifoliae* DC., plantae polymorphae, persimilis, in sicco aegre dignoscenda, sed in vivo distinctissima.

Plantam Cavanillesii, serius et in sicco non recognitam, coram esse, color florum in utraque specie constans (certe in L. *organifolia* nunquam in rubellum vergens), semina, figura. licet non optima

et ad specimen siccum, ut videtur, delineata, et locus in regno Valentino suadent. Durationem annuam erroneam esse, jam e radice sublignosa elucet; nec *L. origanifoliae* convenit. Faux, quam perviam s. denique perviam dicit cl. auctor, in utraque plus minusve clausa, sed propter canalem s. sulcum faucis in *L. crassifolia* magis pervia. Loco „limbo foliorum“ in descriptione Cavanillesiana legendum videtur: lamina foliorum reflexa.

Definiatur *L. origanifolia* DC.: multicaulis, caulibus basi multiramosis, a medio glanduloso-villosis; foliis oppositis, carnosulis, ovatis, basi in petiolum attenuatis, costa venisque obsoletis, inferioribus minute papillosis, superioribus caulium florigerorum bracteisque ovato-oblongis, glanduloso-pubescentibus; floribus racemosis, pedunculis alternis, flore duplo brevioribus, corollae (violaceae) fauce (pallida) leviter excavata, labii superioris porrecti laciniis retusis, inferioris distantibus, lateralibus reflexis, convexis; seminibus convexis.

Capsula in utraque specie valvis latere aperta et calcar floris breve, ante apicem dilatatum. Cetera quoque sectioni IV. Chaenorrhinum DC. Chav. (v. Benth. in prodr. X. 286.) optime respondent. L. l. pro *L. crassifolia* fl. fr. V. 410. legatur *L. origanifolia*.

102. (55.) *Plantago lagopus* L. Boiss. 536. — In graminosis collis calcarei castelli oppid. Chiva et alibi. Junio florens.

103. *Cynoglossum cheirifolium* L. Boiss. 434. — Ad vias et in ruderatis prope oppidulum Chiva et per totam Sierram de Chiva passim, Jun. c. fl. et fr.

104. Deest.

105. (55 a.) *Vicia oaobrychioides* L. Boiss. 190. — Sierra de Chiva in regione montana v. c. inter segetes prope villam Prado de Juana et in superiori parte vallis el Barranco de Andiga, inter 3500 et 4000'. Junio florens. (Berzas Valentin.)

106. *Bellis perennis* L. Boiss. 302. — Sierra de Chiva, in graminosis humidis inter villas Prado de Juana et Casa de Capitan; c. 4000', Jun. c. fl. et fr.

107. (55 b.) *Sideritis hirsuta* L. Benth. Lab. 560. Boiss. 507. (excl. syn. Cavanilles.) — Sierra de Chiva in regione montana v. c. pr. villam Prado de Juana dictam, in planitie la Carrasquilla c. 4000'. Junio c. fl. (Rabogatto Valentin.)

108. *Cerintho major* L. DC. prodr. X. p. 2. var. purpurascens Boiss. 421. — In regno Valentino pr. Chiva et in regno Granat. in collib. graminosis et pratis pr. oppidum Terez de la frontera communissime; florens Junio et Febr.

* 109. (55 c.) *Lathyrus membranaceus* Presl. delic. Prag. 40. *L. ensifolius* Badarro et Reichenb. fl. exc. 535. Grenier observat. botan. Mém. de la soc. de Besançon v. Flora 1839. II. p. 574. *L. sylvestris* var. Ser. in DC. Prodr. Gussone syn. fl. Sic. II. 277.

Desfont. fl. Atl.? ex opin. Boiss. vey. 195. — Sierra de Chiva in valle el Barranco de Andiga in fruticetis; Junio florens. *)

110. (55 d.) *Nigella Damascena* L. Boiss. 11. — Sierra de Chiva in valle el Barranco de Andiga. Junio florigera.

Forma adest normalis, pedem alta, nec var. minor.

113. (55 e.) *Tulipa sylvestris* L. Kunth. enum. IV. 224. T. Celsiana Boiss. 610. var. montana. — Sierra de Chiva in regione alpina, v. c. in declivitate orientali montis Santa Maria, c. 5500—5900'. Junio c. fl.

Tepala in nostra evidenter barbata; itaque T. sylvestris. Num T. Celsiana DC., uti cl. Kunth et Boissier judicant, ut varietas illi subscribenda sit, aliis decernendum relinquo.

*115. (55 f.) *Anthyllis montana* L. var. sericea. — A. sericea Lag. n. gen. et spec. 22.? (non Willd.) — Sierra de Chiva in summis rupibus montis Santa Maria c. 5000'. Jun. florens. (Doraila Valent.)

Flores dilute rosei. Tota sericeo-argentea. A typo speciei distinguenda mihi non videtur. Phrasis Lagascana plantae respondet, exceptis foliolis, quae non magis inaequalia observantur quam in A. montana. — A. sericea Willd. est Ebenus pinnata Desf.

116. (56.) *Armeria alliacea* W. Statice Cav. icon. t. 109. A. allioides Boiss. voy. 525. et 748. — Sierra de Chiva in summis rupibus cacuminis Santa Maria copiose c. 6000'. Junio florens.

Flores albi; involucrum roseum in planta viva.

117. (56 a.) *Achillea odorata* L. Boiss. 314. — Sierra de Chiva in graminosis prope villam Prado de Juana c. 4000'. Junio florens, floribus ochroleucis. (Camomila Valentin).

118. (56 b.) *Avena hirsuta* Roth. Boiss. 657. — Sierra de Chiva. In parte inferiori vallis el Barranco de Andiga. Junio c. fl.

119. *Juniperus phoenicea* L. Boiss. 583. — Sierra de Chiva ad radices montis Santa Maria, ubi valleculam ad fontem inferiorem ducentem obtegit, c. 4500—5000'. Jun. c. fr. jun. (Sabina Valentin.)

Sub eodem numero collectae sunt species sequentes:

119 a. *Juniperus Sabina* L. Boiss. 583. — Sierra Nevada in regione alpina superiori copiose in consortio cum J. nana W. Septbr. fructifera. — Sierra de Yunquera in regione alpina ad el pilar de Tolox; Aprili florifera.

*119 b. et 904. *Juniperus oophora* Kze.: foliis ovatis, inflexo-apiculatis, quadrifariam imbricatis, supra medium dorsi fovea oblonga impressis; baccis oviformibus, erectiusculis, rugulosis, rufo-fuscis.

In pineto prope la Bonanza regni Sevillani, Januario fructifera.

Frutex ramis erectis, ramulis erecto-patentibus, ex affinitate J. phoeniceae et Sabinae; sed foliis et inprimis galbulis 5''' longis,

*) Similibus locis plantam olim (a. 1834) observavi prope Ronco, in Apenninorum initiis, inter Ticinum et Januam eodem mense.

$3\frac{1}{2}'''$ crassis, forma et colore supra dictis distinctissimus, quot novi, nullibi memoratus.

J. turbinata Guss. (syn. II. 2. 634.), planta mihi nondum nota, differt baccis ovato-turbinatis, immaturis, tuberculis pluribus instructis et colore totius plantae laetius virente, in nostra obscure viridi, vix glaucescente. *J. oophora* in horto botanico Lipsiensi seminata nondum germinavit.

* 122. (57.) *Veronica austriaca* L. var. γ . *bipinnatifida* Koch syn. ed. II. 605. *V. multifida* L. — Sierra de Chiva in parte inferiore vall. Barranco de peña roya, inter frutices, c. 3000'. Junio, florifera.

Affinis *V. rosea* Desf. Boiss. 468. differt foliis simpliciter pinnatifidis.

123. (57 a.) *Vincetoxicum nigrum* Moench. Boiss. 410. DC. prodr. IX. 524. — Sierra de Chiva passim c. 2500', et in sepibus umbrosis prope oppidulum Siete Aguas. Junio flores expandens.

* 133. (57 b.) *Medicago leiocarpa* Benth. catalog. d. pl. d. Pyrén. 100. var. *procera*, multiflora. — Sierra de Chiva in graminosis humidis jugi inter valles Barranco de Ballestero et Barranco la Barra, c. 3000'. Junio, florifera et fructifera.

Caules, absque basi et radice, 1—1½-pedales; pedunculi suboctoflori. — Quoad characteres cum planta ad Corbières prope Narbonam a cl. Requier benevole communicata congrua.

136. (57 c.) *Carum Bulbocastanum* Koch? Sierra de Chiva in declivitate septentrionali inque rupium fissuris montis los Ajos c. 5000—5500'. Junio, c. flore et fructu juvenili.

Specimina incompleta, tubere, foliis radicalibus et fructibus maturis destituta, rite non determinanda.

* 137. (57 d.) *Melissa patavina* Benth. Lab. 389. — Sierra de Chiva in graminosis vallis Rincon de Albovera, c. 3500'. Junio.

138. (57 e.) *Crupina vulgaris* Pers. Boiss. 342. — Sierra de Chiva in valle Rincon de Albovera c. 3500', Junio.

(s. n.) *Lonicera implexa* Ait. Boiss. 275. — Inter frutices pineti inter lacum Albufera et mare. Majo. (Herb. Römer.)

(s. n.) *Scrophularia canina* L. *chrysanthemifolia* M. B. Benth. in DC. prodr. X. p. 315. Boiss. 446. — Ad oppidum Siete Aguas regni Valentini in ruderatis. Majo. (Herb. Römer.)

(s. n.) *Lepidium sativum* L. Boiss. 50. — In fossis „Huerta de Valencia“. Majo. (Herb. Römer.)

(s. n.) *Sisymbrium Irio* L. Boiss. 30. — Ad vias et muros Valentiae frequenter Majo. (Martivert Valent.) (Herb. Römer.)

(s. n.) *Camelina sativa* Crantz. Boiss. 49. — Inter segetes Tritici ad villam Prado de Juana, Sierra de Chiva, Majo. (Herb. Römer.)

* (s. n.) *Mercurialis elliptica* Lam. Willd. spec. pl. IV. II. 810. — Ad muros Valentiae frequenter. Majo. (Herb. Römer.)

(s. n.) *Euphorbia Nicaeensis* All. var. β . *coarctata* Boiss.

568. — In collibus calcareis siccis ad viam publicam inter Valentia et Chiva. Majo. (Herb. Römer.)

(s. n.) *Euphorbia Esula* L. Boiss. 567. — Ad fossas „Huerta de Valencia“. Majo. (Herb. Römer.)

*(s. n.) *Euphorbia Peplus* L. Koch syn. ed. II. 730. — Ad sepes in umbrosis cum praecedente. Majo. (Herb. Römer.)

(s. n.) *Aronia rotundifolia* Pers. Amelanchier vulgaris Mönch, Boiss. 209. — Sierra de Chiva in regione alpina, ad declivitatem orientalem summi montis Santa Maria c. 6500'. Junio. Florigera. (Herb. Römer.)

*(s. n.) *Orobus canescens* L. Reichenb. fl. exc. 536. — Sierra de Chiva, in fruticetis ad villam Casa del Capitan c. 3500'. Jun. (Herb. Römer.)

139. *Trachelium coeruleum* L. Boiss. 403. — Ad muros umbrosos arcis Alhambrae. Julio. Florigerum.

140. *Andropogon hirtus* L. Boiss. 685. — Locis saxosis aridis ad urbem Granatam, in via, qua ad templum de Monte Santo adscenditur. Julio c. fl. et fr.

141. *Antirrhinum hispanicum* Chav. Benth. in DC. pr. X. p. 291. A. molle Boiss. 449. — In muris arcis Alhambrae. Julio, c. fl. et fr.

Cultum in hort. bot. Lips. 1845 sub A. meonantho ☉ s. 24.

142. *Euphorbia pubescens* Desf. Boiss. 564. — Sine loco; sed haud dubie pr. Granatam.

143. *Ruta montana* L. Boiss. 125. — In collibus aridis ad urbem Granatam v. c. in colle Monte claro, passim. Julio. Jam ad partem fructigera.

144. *Teucrium Polium* L. α . vulgare Benth. Boiss. 517. — In colle Monte claro prope urbem Granatam. Julio.

144 a. *Teucrium Polium* L. γ . aureum Boiss. l. l. — Regio nivalis, Sierra Nevada. Julio.

145. *Capparis spinosa* L. Boiss. 58. — In muris pr. Granatam e. g. ad lagunam Albericonde del negro. Julio. (Alcaporro Hispan.)

146. *Lonicera Periclymenum* L. Boiss. 276. var. glauco-hirta. — In sepibus prope urbem Granatam, e. g. ad villam sarracenicam la Generalife et Sierra Nevada in vallibus inferioribus prope el Cortijo la Mimbres et Cortijo de San Geronimo. Julio.

A forma Europae mediae non differt nisi foliis utrinque pubescentibus et subtus eximie glaucis. Fructus observare non licuit.

147. *Ballota hirsuta* Benth. Boiss. 509. — In sepibus, ad vias inque collibus siccis prope urbem Granatam. Julio.

148. *Bonjeania recta* Reichb. *Dorycnium rectum* Ser. Boiss. 172. — In salicetis humidis secus fluvium Jenil supra urbem Granatam copiose, Julio, et Sierra Nevada ad eundem fluvium inter pagos Guejar et Canales, Augusto c. fl. et fr.

149. *Cyperus longus* L. Knth. C. badius Desf. Boiss. 627. — Ad fossas in valle fluvii Jenil, supra urbem Granatam, Julio flor.
150. *Ononis viscosa* L. Boiss. 151. — In collibus aridis prope urbem Granatam. Julio c. fl. et. fr.
151. *Thymus Mastichina* L. Boiss. 487. — In collibus pr. urbem Granatam copiose. Julio.

(Continuabitur.)

A n z e i g e n.

Bei Fr. Hofmeister in Leipzig ist erschienen:

Reichenbach, H. G. L., (königl. sächs. Hofrath, Prof., Dr. etc.) **Deutschlands Flora**, mit höchst naturgetreuen charakteristischen Abbildungen auf Kupfertafeln aller ihrer Pflanzenarten in natürlicher Grösse und mit Analysen, nebst erläuterndem Texte. Wohlfeile Ausgabe mit halbcolorirten Kupfern. gr. 8.

I. Serie. Acroblastae.

1. Band. Isoëteen, Zosteraceen, Aroideen, Lemneen, Potamogetoneen, Alismaceen, Hydrocharideen und Nymphaeaceen. 72 Tafeln. 8 Bogen Text. Gebunden 4 Thlr. 5 sgr.
2. Band. Gräser. 121 Tafeln. 6 Bogen Text. Geb. 6 Thlr. 20 sgr.
3. Band. Riedgräser, Cypergräser und Binsen (Caricineen, Cyperineen und Scirpineen). 126 Tafeln. 7 Bogen Text. Geb. 7 Thlr.

II. Serie. Thalamanthae.

1. Band. Cruciferen. 103 Tafeln. 10 Bogen Text. Gebunden. 5 Thlr. 20 sgr.

Im Verlage von Th. Fischer in Cassel ist erschienen und in allen Buchhandlungen zu haben:

Pfeiffer, Dr. L., Abbildung und Beschreibung blühender Cacteen. II. Bd. 2. Lief. mit deutschem u. französischem Text u. 5 Tafeln Abbildungen gr. 4. geh. 1 Thlr. — vollständ. col. 3 Thlr.

Wenderoth, Professor, Flora Hassiaca, oder systematisches Verzeichniss aller bis jetzt in Kurhessen und (hinsichtlich der seltneren) in den nächst angrenzenden Gegenden des Grossherzogthums Hessen-Darmstadt u. s. w. beobachteten Pflanzen, enthaltend die offenblühenden Gewächse. gr. 8. geh. 1 Thlr. 1 Sgr.

In der C. H. Beck'schen Buchhandlung in Nördlingen ist erschienen:

Schnizlein, Dr. A., die natürliche Pflanzen-Familie der Typhaceen mit besonderer Rücksicht auf die deutschen Arten. Mit 2 Tafeln Abbildungen. gr. 4. 4 $\frac{1}{2}$ Bogen. 42 kr. od. 12 sgr.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1846

Band/Volume: [29](#)

Autor(en)/Author(s): diverse

Artikel/Article: [Praemonenda 625-640](#)